



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Prima Conclusio. Si maleficus aut reus alterius criminis capitalis morte naturali in carcere moriatur ante criminis confeßionem, aut legitimam probationem, neutiquam in corpus sæuiendum, sed ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

Ante resolutionem præmittenda hæc prima distinctio, quod sic moriens in carcere: aut moritur naturali morte ante confessionem criminis: aut post eius confessionem. Secunda distinctio. Aut ipsemet reus infert sibi mortem conscientia perpetrati sceleris motus: Aut aliqua debilitate illata ratione torturæ, aut accidentaria incidit in morbum, & moritur in vinculis. Nunc pro resolutione, fit

Prima Conclusio. Si maleficus aut reus alterius criminis capitalis morte naturali in carcere moriatur ante criminis confessionem, aut legitimam probationem, neququam in corpus seuendum, sed sepelitur & ecclesiastica tradendum est.

IN hac Conclusione non puto doctum dubitare posse. Cum enim crimina morte extinguantur. L. Defuncto. ff. de public. iudic. Gloss. Bartol. Bald. & communiter DD. ibidem. A fortiori hoc verum est in casu nostræ Conclusionis, vbi nec confessione, nec probatione de delicto constat. Præterea talis Christianus est, nec de crimine conuictus, ob quod Ecclesiastica sepultura priuari debeat. Quare more aliorum Christianorum, hoc corpus sepelire conuenit.

Secun-